Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia latina, Fragment - Cod. Karlsruhe 1432

Reichenau (?), [10. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-33508

Visual Library

K 1432

D imisit ergo Iosue populum et abierunt filii Israhel
unusquisque in possessionem suam ut [illegible]
I ratusque dominus contra Israhel tradidit eos in manus di[illegible]
I ratusque est furor domini in Israhel et ait quia irritum
fecit gens ista pactum meum quod pepigeram
D imisit ergo dominus omnes has nationes et cito subvertere noluit
H ae sunt gentes quas dominus dereliquit ut erudiret
in eis Israhel [illegible] nanaeis
I taque filii Israhel habitaverunt in medio Cha[illegible]
L iberator populi Gothoniel filius Cenez[illegible]
L iberator populi Aod filius Gera filii Iemini qui
utraque manu utebatur pro dextera [illegible]
S emegar filius Anath qui percussit de philistiim
E rat autem Debora prophetis uxor Lapidoth
quae iudicabat populum
S urrexit itaque Debora et perrexit cum Barac in Cades
[illegible] Barac filius Abinoe
I ahel [illegible] dom[illegible]
C anticum Debborae [illegible] filius Abinoe
F ilii Israhel [illegible]
I srahel [illegible]
A ngelus domini [illegible]
S ignum Gedeon postulat [illegible]
D e trecentis viris [illegible] panis
Q ui dis somnium [illegible] quasi subcinericius
C umque pergit [illegible] personarent locus et
hydrias confregissent [illegible] trucidabunt
I nmisitque dominus gladium in omnibus castris et mutuas [illegible]
N onne melior est racemus Efraim vindemiis Abiezer
C oreb et zeb quid tale facere potui
D ixitque Gedeon ad Zebee et Salmana [illegible]
I vit Abimelec filius Hierobaal in Sichem ad fratres
Q uod cum nuntiatum est Ioathan ivit et stetit in ver
tice montis Garizim et loquutus est de lignis
M unc igitur si recte et absque peccato constituistis
super vos regem
M ulier fracmentum molae desuper iaciens [illegible]
P ost Abimelech surrexit dux in Israhel Tola filius
I air Galaadites qui iudicavit Israhel per [illegible] annos
I dcirco non addam ut vos ultra liberare dicat dominus
F uit illo tempore Iepthe Galaadites vir

fortissimus atque pugnator
xli L oquutusque est Iepthe omnes sermones suos
coram domino in Maspha
xlii I epthe evotum filiae pro filiis Ammon
xliii Q uare vadens ad pugnam contra filios Ammon
vocare nos noluisti ut pergeremus tecum
xliiii I udicavit in Israhel Abessan de Bethleem qui
habuit triginta filios et totidem filias
xlv A hialon Zabulonites iudicavit Israhel decem
annis mortuusque est ac sepultus in Zabulon
xlvi I udicavit in Israhel Abdon filius Helel Firatonites
xlvii E rat autem vir quidam de Saraa et de stirpe Dan
xlviii S amson natus
S amson dixit patri hanc accipe mihi mulierem
quae placuit oculis meis
L S piritus domini in Samson
LI P roblema a Samson proposita triginta sin
dones et totidem tunicas
D e vulpes quas Samson caepit
D e maxilla id est mandibula asini
D e portas et postibus portantis in verticem
montis
D e [illegible]
L e [illegible] factum per coniugem vocantis Son
M ichas [illegible] loquitur
D e filiis Dan
D e Ionathan filium Gersan
D e levite habitans in latere montis Ephraim

EXPLICIUNT CAPIT[illegible]

INCIPIT LIBER SOPTHIM

ID EST IUDICUM [illegible]

[library stamps]

POST MORTEM IOSUE CONSULUE-
runt filii israhel dominum dicentes: Quis
ascendit ante nos contra chananaeum
& erit dux belli; dixitque dominus: Iudas
ascendet & ecce tradidi terram in ma-
nibus eius; & ait iudas symeoni fratri
suo: Ascende mecum in sorte mea &
pugna contra chananaeum ut & ego
pergam tecum in sorte tua; & abiit
cum eo symeon. Ascenditque iudas
& tradidit chananaeum ac ferezeum
in manus eorum & percusserunt in be-
zech decem milia uirorum;
Inueneruntque adonibezec in bezech
& pugnauerunt contra eum ac per-
cusserunt chananaeum & ferezeum;
Fugit autem adonibezec quem secuti
conprehenderunt caesis summitatibus
manuum eius ac pedum. Dixitque ado-
nibezec; Septuaginta reges amputa-
tis manuum ac pedum summitatibus
colligebant sub mensa mea ciborum re-
liquias; Sicut feci ita reddidit mihi
dominus. Adduxeruntque eum in hieru-
salem & ibi mortuus est. Oppugnan-
tes ergo filii iuda hierusalem ceperunt
eam & percusserunt in ore gladii
tradentes cunctam incendio ciuitatem.
& post ea descendentes pugnauerunt
contra chananaeum qui habitabat in
montanis & ad meridiem & in cam-
pestribus. Pergensque iudas contra
chananaeum qui habitabat in hebron
cuius nomen fuit antiquitus chariatharbe
percussit sesai & hamman & thol-
mai; Atque inde profectus abiit ad ha-
bitatores dabir cuius nomen uetus erat
chariathsepher id est ciuitas litterarum
Dixitque caleb; qui percusserit chari-
athsepher & uastauerit eam dabo ei
filiam meam uxorem

Cumque cepisset eam othoniel filius cenez
frater chaleb minor dedit ei filiam suam
coniugem. Quam pergentem in itinere
monuit uir suus ut peteret a patre suo
agrum. Quae cum suspirasset & sedens
in asino dixit ei chaleb: Quid habes?
Illa respondit: Da mihi benedictionem
Quia terram arentem dedisti mihi da
& inriguam aquis. Dedit ergo ei chaleb
inriguum superius & inriguum inferius;
III Filii autem cynei cognati moysi descen-
derunt de ciuitate palmarum cum filiis
iuda in desertum sortis eius quod est
ad meridiem arad & habitauerunt cum eo.
Abiit autem iudas cum symeone fratre suo
& percusserunt simul chananaeum qui
habitabat in sephath & interfecerunt
eum. Uocatumque est nomen urbis
horma id est anathema. Cepitque iu-
das gazam cum finibus suis & aschalonem
atque accharon cum terminis suis.
Fuitque dominus cum iuda & montana posse-
dit; Nec potuit delere habitatores ual-
lis quia falcatis curribus abundabant.
Dederuntque chaleb hebron sicut dixerat
moyses; qui deleuit ex ea tres filios enach.
IIII Iebusaeum autem habitatorem hierusalem
non deleuerunt filii beniamin. habita-
uitque iebusaeus cum filiis beniamin
in hierusalem usque in praesentem diem.
Domus quoque ioseph ascendit in bethel
fuitque dominus cum eis. Nam cum obside-
rent urbem quae prius luza uocabatur
uiderunt hominem egredientem de ciui-
tate. dixeruntque ad eum: Ostende
nobis introitum ciuitatis & faciemus
tecum misericordiam. Qui cum ostendisset
eis percusserunt urbem in ore gladii
hominem autem illum & omnem cognationem
eius dimiserunt. Qui dimissus abiit in terram
cetthim & aedificauit ibi ciuitatem.

GENERALLANDESARCHIV

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

k1432

& dextris sonantes tubas; Clamaverunt
que; Gladius dni & gedeonis. Stantes
singuli in loco suo per circuitum cas
trorum hostilium; Omnia itaque
castra turbata sunt & vociferantes
ululantesque fugerunt. & nihilomi
nus insistebant trecenti viri bucinis
personantes;

Inmisitque dns gladium in omnibus castris
& mutua se caede truncabant. fugien
tes usque beth seta & crepidinem abel
meula in thebbath; Conclamantes autem
viri israhel de nepthali & aser & om
ni manasse persequebantur madian;

& dedit dns victoriam populo israhel
in die illa; Misitque gedeon nuntios in
omnem montem efraim dicens; Des
cendite in occursum madian & occu
pate aquas usque beth bera atque ior
danem; Clamavitque omnis efraim
& praeoccupavit aquas atque iorda
nem usque beth bera; Adprehensosque
duos viros madian oreb & zeb inter
fecit oreb in petra oreb; Zeb vero
in torcu[illegible] & persequuti sunt
madian;

Capita [illegible] oreb portantes ad gede
on trans fluenta iordanis; Dixerunt
que ad eum [illegible] efraim; Quid est hoc
quod facere voluisti. ut non nos voca
res cum ad pugnam pergeres contra
madian; iurgantes fortiter & prope
vim inferentes; Quibus ille respondit;

Quid enim [illegible] facere potui quale vos
fecistis;

Nonne melior est racemus efraim vin
demiis abiezer. In manus vestras tradidit
dns principes madian. oreb & zeb;

Quid tale facere potui quale vos fecistis;
quod cum loqueretur esse requievit sps
eorum quo tumebant contra eum;

Cumque venisset gedeon ad iordanem
transivit eum cum trecentis viris qui
secum erant. & prae lassitudine fugi
entes persequi non poterant. Dixitque
ad viros soccoth. date obsecro panes
populo qui mecum est quia valde de
fecerunt ut possimus persequi zebee
& salmana reges madian. Responde
runt principes soccoth; forsitan pal
mae manuum zebee & salmana in ma
nu tua sunt. & idcirco postulas ut demus
exercitui tuo panes. Quibus ille respon
dit; Cum ergo tradiderit dns zebee
& salmana in manus meas conteram
carnes vestras cum spinis tribulisque
deserti. Et inde conscendens venit in fa
nuhel. locutusque est ad viros eius
loci similia. Cui et illi responderunt
sicut responderant viri soccoth. Dixit
itaque et eis. Cum reversus fuero vic
tor in pace destruam turrem hanc.

Zebee autem & salmana requiescebant
cum omni exercitu suo. Quindecim milia
enim viri remanserant ex omnibus
turmis orientalium populorum. caesis
centum viginti milibus bellatorum
& educentium gladium. Ascendensque
gedeon per viam eorum qui in taberna
culis morabantur ad orientalem par
tem nobe & iecbaa percussit castra
hostium qui securi erant & nihil adver
si suspicabantur. Fugeruntque zebee
& salmana. Quos persequens gedeon
conprehendit. turbato omni exercitu
eorum. Revertensque de bello ante
solis ortum. adprehendit puerum de
viris soccoth. Interrogavitque eum
nomina principum & seniorum soccoth
& descripsit septuaginta septem viros
Venitque ad soccoth & dixit eis en zebee
& salmana super quibus exprobrastis

[illegible] DES [illegible]
G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

mihi dicentes forsitan manus zebee &
salmana in manibus tuis sunt & idcir
co postulatis ut demus uiris qui lassi sunt
& defecerunt panes. Tulit ergo seni
ores ciuitatis & spinas deserti ac tribu
los & contriuit cum eis atq; comminu
it uiros soccoth. Turrem quoque
fanuel subuertit occisis habitatori
bus ciuitatis.

Dixitq; ad zebee & salmana qua
les fuerunt uiri quos occidistis in tha
bor. Qui responderunt. Similes tui
& unus ex eis quasi filius regis. Quibus
ille ait. Fratres mei fuerunt filii ma
tris meae. Uiuit dominus quia si seruastis eos
non uos occiderem. Dixitque iether
primogenito suo surge & interfice
eos. Qui non eduxit gladium. timebat
enim quia adhuc puer erat.

Dixeruntq; zebee & salmana. Tu
surge & inrue in nos. quia iuxta
aetatem robur est hominis. Surrexit
gedeon & interfecit zebee & salmana
& tulit ornamenta ac bullas quibus
colla regalium camelorum decora
ri solent. Dixeruntque omnes uiri
isrl ad gedeon. Dominare nostri
tu & filius tuus & filius filii tui quia
liberasti nos de manu madian. Qui
bus ille ait. Non dominabor uestri nec
dominabitur in uos filius meus sed
dominabitur dns. Dixitque ad eos.
unam petitionem postulo a uobis. date
mihi inaures ex praeda uestra. Inaures
enim aureas ismahelitae habere con
sueuerant. Qui responderunt. liben
tissime dabimus. Expandentesque
super terram pallium proiecerunt
in eo inaures de praeda. Et fuit pondus
postulatarum inaurium mille sep
tingenti auri sicli. absque ornamentis

& monilibus & ueste purpurea quibus
madian reges uti soliti erant & prae
ter torques aureos camelorum;
Fecitque ex eo gedeon ephod & posuit
illud in ciuitate sua ephra. Fornica
tusque est omnis isrl in eo & factum
est gedeoni & omni domui eius in rui
nam; Humiliatus est autem madian
coram filiis isrl nec potuerunt
ultra eleuare ceruices. Sed quieuit
terra per quadraginta annos quibus
praefuit gedeon. Abiit itaque hiero
boal filius ioas & habitauit in domo
sua. habuitque septuaginta filios
qui egressi sunt de femore eius eo quod
plures haberet uxores. Concubina
autem illius quam habebat in sychem
genuit ei filium nomine abimelech.
Mortuusque est gedeon filius ioas in se
nectute bona & sepultus in sepulchro
ioas patris sui in ephra de familia
ezdri. Postquam autem mortuus
est gedeon auersi sunt filii isrl
& fornicati cum baalim. Percusse
runtque cum baal foedus ut esset
eis in deum. Nec recordati sunt dni
di sui qui eruit eos de manibus omni
um inimicorum suorum per circui
tum; Nec fecerunt misericordiam
cum domu hieroboal gedeon iuxta
omnia bona quae fecerat isrl.
Abiit autem abimelech filius hierobo
al in sichem ad fratres matris suae.
& loquutus est ad eos & ad omnem
cognationem domus patris matris
suae dicens. Loquimini ad omnes
uiros sychem. Quid uobis est meli
us. ut dominentur uestri septuagin
ta uiri omnes filii hieroboal an ut
dominetur uester unus uir. simulq;
considerate quia os uestrum & caro

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg